

**4636** [= 877\*] prope Va... in beatae Mariae de Larulo DON.; voluit opinor 'prope Vacunam (= Bacugno) in beatae Mariae de Laculo', nam inter vicus huius communis Laculo recensetur apud Giustinianum *diz.* 7, 283. *Sopra Sigillo per andar a Bacugno in un diruto tempio MARTELLI.* Eam ecclesiam collocatam inter la Posta et Bacugno vicus sacram S. Rufinae adiit STEVENSON, sed repperit clausam.

Q · MVRRIVS · CN · FILIVS  
VACVNAE · VOTVM  
DAT · LVBENS · MERITO

Gabr. Naudaeus apud Don. app. 16 (inde Mur. 106, 3); Martelli n. 58 vix ex lapide. Orelli 1867 cum adn. Henzeni.

Q·MVRRIVS·CNF | VACVNAE·VOTO | DATO·LVB·MER Martelli. — Titulum postquam Naudaei testimonium firmavit, omnino recipere debui, cum praesertim ipse non offendat. Vacunae deae in Sabinis cultae pluribus locis meminerunt Horatius ep. 1, 10, 49 cum scholiis (Porphyrio: *Vacuna in Sabinis dea: hanc quidam Bellonam, alii Minervam, alii Dianam* . . . .; quae desunt supplet Acro qui dicitur: *putaverunt, nonnulli etiam Venerem esse dixerunt, sed Varro in primo rerum divinarum Victoriam ait, quod ea maxime hi gaudent qui sapientiae vacent*), Ovidius fast. 6, 307, Plinius h. n. 3, 12, 109: *replet* (Narem amnem) *e monte Fiscello Avens iuxta Vacunae nemora et Reate in eosdem* (lacus Velinos) *conditus.* Aventem Plinii fluvium esse hodie Velinum dictum, montem Fiscellum eum qui est inter Amiternum et Reate Preller (*ausgewählte Aufsätze* p. 256 seq.) ut egregie demonstravit, ita non recte nemora Vacunae collocavit ad lacus Velinos inter Reate et confluentes Naris et Aventis, cum Plinius ea ante Reate nominet. Recte autem 'Vacunae nemora' referemus ad vicum Bacugno, qui et situs est in valle Aventis superiore et titulum eius deae dedit et fortasse ab ea ipsa nomen traxit.

**4637** [= 5731] M p. a Borbona prope la Posta in summo monte in stipite ianuae lateralis oratorii S. Mariae del Monte.

A V G V S T A E  
C · L I C I N I A  
P · A N T O N I N  
I C I S · A V G  
5 T R O R V M  
V S · A C · P /  
R I A E  
A N C T I S S I M  
A E  
10 V I C T O R I

Recognovit Stevenson. Donarellus apud Cappellum Accumoli p. 55.

1 VGVSTO, 2 L·LICIN·LV, 3 PANTOMIM, 8. 9 ANCTISS·IA.. | ..NI.. Donar. — [*Juliae Domnae*] *Augusta[e] piae f]elici ma[tri im]p. Antonin[i] pii fellicis Augusti* [et castrorum [et senatus ac p[at]riae [s]anctissimae [et] (?) Victoria[e]. Rettuli ad Domnam, quoniam Elagabali mater Soaemias matris castrorum et senatus et patriae honore caruisse videtur. 9 quid fuerit, parum liquet; Augustam et Victoriam sic coniungi praeter consuetudinem est.

**4638** duobus exemplis rep. a. 1879 in agro oppidi Montereale, dum via sternitur ab Aquila Asculum.

L · B A B R I V S  
T · F · Q V I  
L · S A L V I A

Barnabeus misit.

Alterius exempli v. 3 infra fractus est sic SALVIA.

**4639** [= 5734] in Monte Regali agri Aquilani ad portam cui nomen Marana.

Q · CAESELLINVS · T · F  
QVI · COLOMINAEVS  
METIDIENA · L · F  
SECVNDA · VXSOR

Accursius Baron. 12 (inde Mur. 1648, 12); Martelli n. 54, ex Muratorio opinor.

Vv. ord. neglexit Mart. et dedit 1 CESELLINVS, 2. 3 COLVMINAE·MEDITIENI, 4 VXOR.

**4640** [= 5737] Monte Regali in domo de Guarneriis.

D M  
C · L I C I N I O · C · F · A P R O  
' C I N I A · P R I M I G / enia  
' E T I P · V I

Vidit Antinorius.

**4641** ad Montereale rep. cum n. 4638.

p. n VMISIVS · P · L  
p h i L O D A M V S  
D A E A · C · L  
an D R O M A C H A

Barnabeus misit.

**4642** [= 5740] lapis ingens litteris parum accuratis, punctis triangularibus; in eodem legitur longa inscriptio medii aevi. Civita Reale in ecclesia parochiali S. Silvestri (hodie S. Mariae) in nave sinistra.

SEX · STAATIVS · SEX · F

Recognovit Stevenson. Est in vol. I n. 1304. Ex Brunetti marm. Aprut. Antinorius ms.

Titulus integer est.

**4643** ad Montereale rep. cum n. 4638.

IVN

Barnabeus misit.

## XCV. INTEROCRIVM (Antrodoco).

Interocrium (sic itineraria supra p. 204 n. V; Ἰντεροκρία Strabo 5, 3, 4 p. 228) in Sabinis (Strabo l. c.) vicus fuit (χώμη: Strabo l. c.), Reatinorum omnino, cum vel superiorem vallem Velini horum territorio comprehensam fuisse constet, celebrer tamen; ad hanc enim viae Salariae stationem diverticulum fuit viarum ab ipsa per Amiternum ad Albam et Corfinium, id est ad viam Valerianam pergentium. Fuisse ibi ubi nunc est Antrodoco et spatia itinerariorum declarant et ipsum quod nunc est nomen. Adiunximus Antrodocianis titulos repertos in oppido e regione trans Velinum sito Borghetto. — Collegit huius

regionis titulos, praeter auctores in Aequiculani et Amiterninis et Hadrianis commemoratos ACCVRSIVM, qui Antrodocum et Montereale invisit, CAESANDRVM HADRIANVM, FABRETTIVM, MARTELLIVM, Felix Maria DONARELLI Antrodocianus, cuius schedas ipsas non habui, habui quae inde excerpta Amatius et in cod. hodie Vaticanum 9756 rettulit et edidit apud Augustinum CAPPELLO (*osservazioni geologiche e memorie storiche di Accumoli in Abruzzo.* Romae 1825. Partes 1. 2. 3; quae exempla sunt seorsum edita ex eph. *Giornale Arcadico* vol. XXIX tom. 85. 86) p. 55 seq.